Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045215

Beiband 2
H.1 S. 14

1162. Ruſteberg. [22

Der erwählte Erzbiſchof Conrad von Mainz überläßt durch Tauſch dem Kloſter Helmarshauſen einen Zehnten in Wedikeſſen.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Conradus ipsa propiciante Mogontinę sedis electus archiepiscopus. Notum esse volumus omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Conradus electus archiepiscopus Mogontinę sedis tradidi Helmwardensi ęcclesię decimam in Weddikisson ex petitione Adelberti comitis dilecti nobis et fidelis, cuius beneficium erat, accepto ab eo in concambio predio quodam in Ungerethe, quod persolvit X solidos. Ut autem traditio hęc in perpetuum inconvulsa permaneat, hęc describi iussimus et impressione sigilli nostri signavimus nostraque auctoritate firmavimus et firmamus. Cui rei testes aderant: Godescalcus prepositus de Northu[son], Conradus prepositus de sancto Gangulfo, Robertus, Gernod, Gerbodo, Marchward; laici vero Adelbertus comes, Heithenricus vicedomnus, Hardwigus, Othelricus et alii multi castellani. Hęc traditio facta est anno dominicę [inc]arnationis M.C.LXII indictione X. Porro hęc acta sunt in castello Rustiberch feliciter regnante Fritherico Romanorum imperatore augusto anno imperii eius (fehlt!).

Orig. Siegelreſt. — Auf der Rückſeite: De decima Wedekessen. XLVII.

Ungenauer Druck Stumpf, Acta Moguntina saec. XII. Innsbruck 1863, Nr. 77, S. 80 nach Overham, Collect. V. Regierungsjahr des Kaiſers Friedrich iſt auch im Original nicht angegeben. Vergl. Pfaff, Helmarshauſen, S. 152 f.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007